

abstergit pituitosos humores ad uulnera congluentes
 arriodit, uulnera constringit, ne saniem, et sanguinem
 ultra emittant, nervos denig omnes calefacit, et mirum
 in modum roborat, itaq̄ quam miser est is qui uino
 caret, et destituitur, ut eo ad sanitatem, et libertatem
 uti nequeat, quam misera est uita, quæ sine uino
 transigitur, sanè uidetur hæc mors potius esse, quam
 uita, est enim diminutio uita, et sanitatis uini egestas,
 quod ex ipsis sacris paginis probari potest, uinum
 totum uiuificare hominem, ait enim: aqua uita
 hominibus uinum in sobrietate, uinum enim datum est
 ut ualeamus, non ut aegrotemus, uinum enim debilem
 stomachum reuocat, uires deficientes reparat, imò
 totum hominem, de cuius uita herè conclamatum
 est uiuificat, hæc multa satis esse credo hominibus de
 uini effectis, quoad corporis sospitatem, et integritatem
 restituendam, at nimis multa uobis, ad alterum ergo
 elementum uel litteram transeamus, quod uinum iuuen-
 dum ostendit, et homines efficere iuundos, et idcirco
 à Deo creatum uinum refert sacra Scriptura, uinum
 (inquit) labificet cor hominis, quæ (Rogo absterge uos)
 quæ maior pestis animi, quam dolor, aut tristitia,
 linea uestimento, uermis ligno, ferro rubigo, tristitia
 nocet animo, hæc enim exeditur animus, et quodammodo